



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

33 Clerici habentes patrimonium in primitiva Ecclesia non poterant quicquam percipere ab Ecclesia, quamvis illi inservirent, & quare, & cur nunc observetur contrarium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

tee, & illicita ſunt conſumendi, *capit. 31. cū n. decorum, cap. à crapula, & toto tit. de vit. & honeſt. cleric. cap. omnibus ſervis, de cler. ven. cap. quia tua, & cap. res Eccleſie. 12. quaſt. 1. cap. Episcopuſ, & cap. ſin. 35, diſt. cap. donare, & cap. qui venatoribus, 86. diſt. Nam, vā miseris, ſi ſe non correxerint, qui enim venatorem vident, & delectantur, videbunt Salva-*

29 † Nec nobilitas cuiuſvis gradus excuſat, quia apud Deum non eſt acceptio perſonarum, *Deuteron. cap. 1. S. Cyprian. relatuſ in cap. nec quemquam, de conſecrat. diſt. 4. & cap. novit, extr. de jud.*

Prohibitio venationis, ludorum, comeſſationum, & aliorum non ſolum eſt realis reſpectu bonorum eccleſiaſtico- rum, ſed etiam perſonalis, aded quod Eccleſiaſticuſ cuiuſcuſque qualitatſ, & præminentie non excuſatur, ſi habeat notabiles reddituſ patrimonialeſ; quia 3 prohibitiō eſt perſonalis, & eſt immane vitium, & non virtuſ in ſimileſ uſuſ exponere. *Auguſt. ſuper Ioann. relatuſ, in cap. donare, & ibi gloſſ. 26. diſt. cum alijs ſupra citatuſ.*

30 † Permiſſum eſt tamen clericis laqueum, vel rete ſine ſtrepitu, & clamore, ac canibus, pro venatione ponere, quibuſ etiam licet pro capiendſ piſcibuſ linum texere, *gl. ſſ. in diſt. cap. qui venatoribus, eadē diſtinct. cap. nunquam, ibi, texantur, & linea, de conſecrat. diſtinct. 5. & quandoque non tamen clamora, ſed quieta neceſſitatſ cauſa, vel recreationiſ eſt venatio permiſſa, gloſſ. in cap. 1. in var. poluptate, de cler. venat.*

† In primitiva Eccleſia tempore Apoſtolorum omnia bona oblata Eccleſie vendebantur, & de eorum precio omnibuſ communem vitam ducentibuſ, & aliis pauperibuſ indigentibuſ ſubveniebatur, ſed poſtmodum Episcopuſ Apoſtolorum ſucceſſoreſ, annuente Pontifice Maximo, videntē meliùſ fore, ſi bona oblata conſervarentur matricibuſ † Eccleſiſ, & ex eorum redditibuſ indigentibuſ ſubveniretur, quā ſi venderentur, cū ex venditione precio conſumpto ſapē neceſſariis egerent, nec haberent, unde ſubveniri poſſent; ſtatutum fuit, ut bona non venderentur, ſed ad uſum prædictum matricibuſ Eccleſiſ venderentur, ita ut Episcopuſ illoſ poſſent diſpenſare, *cap. videntes, 12. quaſt. 1. & Abb. in quaſt. 4. Titiuſ clericuſ, num: 15. ibi, ſecundum præſuppoſitum; & nihil proprium habere poterant, cap. clericuſ, cum pluribuſ ſeqq. 12. quaſt. 1.*

† Etenim ex primava inſtitutione rerum Eccleſiarum, habentē patrimoniuſ non poterant quicquam percipere ab Eccleſia, quamvis illi deſervirent, quia, qui bonis parentum, & opibuſ ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt, accipiunt, ſacrilegiuſ incurruunt, & committunt; & per abuſionem talium iudiciuſ ſibi manducant, & bibunt, *cap. clericuſ, cap. Paſtor Eccleſia, 1. quaſt. 2. cap. dilectiſſimū, 12. quaſt. 1. cap. ſinal. in ſin. 10. quaſt. 1. & Abb. eadē quaſt. 4. numer. 12.*

Verū, quia poſtmodum facultateſ Eccleſie creverunt, & fuit inſtitutum, ut, qui vellent Eccleſiſ Cathedralibuſ deſervire, ex eorum bonis quatuor parteſ facerent, quarum una deberetur Episcopuſ

po, altera clericis, tertia fabrica eccle-
 sia, quarta pauperibus, ut cap. quatuor,
 cum alijs supra citatis, & clerici palam
 ex permissione Ecclesie, propria, & ec-
 clesiastica bona habere coeperant, cap. 1,
 & 2, extra, de testament. etiam, quod
 clerici habeant bona propria, & eccle-
 siastica, quae principaliter pro ministro-
 rum ecclesiasticorum alimonia fuerant
 deputata; at licet clerici bona patrimon-
 nialia habeant, possunt nihilominus de
 bonis Ecclesie vivere, non tanquam in-
 digentes, sed uti seruitutes, quia nemo
 cogitur militare stipendiis suis, & os
 bovi trituranti non est ligandum, capit.

final. ante med. 13. quest. 1. cap. extirpan-
 da, vers. cum igitur, de praben. cap. final.
 de magistr. & secundum temporum di-
 versitatem jura varie processerunt, gloss.
 in sum. in ver. clericos, 12, quest. 1. & Abb.
 in d. quest. 4. circa fin.

34 † Et beneficiarii impensis necessariis
 pro sustentatione deductis, ad ecclesias,
 & alia aedificia, & tecta restauranda de
 iis, quae supersunt, tenentur, cap. 1, & cap.
 de iis, de eccles. aedific. tamen de superflu-
 is redditibus suorum patrimonialium
 compelli non possunt. Navar. d. quest. 1.
 monit. 50, num. 9.

DE IMMUNITATE ECCLESiarVM.

Cap. XIII.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia sunt domus orationis, exclusis clamoribus, seditionibus, consilijs publicis, parliamentis, & alijs negotiationibus.
- 2 Cæmeteria, & Ecclesia eadem immunitate gaudent.
- 3 Porticus item, & Ecclesiarum atria.
- 4 Ecclesijs matricibus quadraginta, minoribus vero ecclesijs triginta passuum circumcirca immunitas est concessa. Passus, & pedis mensura, quomodo intelligatur, ibidem.
- 5 Sacrilegium committitur ob violationem immunitatis ecclesiarum.
- 6 Capella existentes intra muros Castello-
 rum, parochiales, aliave Ecclesie, quae gaudeant immunitate.
- 7 Ecclesia etiam non consecrata, in qua divina officia celebrantur, vel Episcopus crucem posuit, eadem immunitate gaudet.
- 8 Hospitalia item, & seminaria, & alia domus pie.
- 9 Cause sanguinis in ecclesia, vel cæmeterijs agitari non debent.
- 10 Processus factus per judicem secularem in ecclesia, & cæmeterio est ipso jure nullus.
- 11 Abstrahens quem de ecclesia, vel atrio ecclesia, vel de porticibus ipsius, quam
 pœnam